15-6

# BREVE
## DE N. MUY SANTO PADRE
# PIO VI

Para que las personas incapaces de obtener en colacion Encomiendas, Prioratos, Beneficios y Pensiones de qualquiera de las tres Órdenes Militares de Santiago de la Espada, Calatrava y Alcántara, y que de otro modo las obtuvieren, hayan de pagar las Medias Anatas, ó sean Decenios, á los Tesoros de las respectivas Órdenes.

FACULTAD DE TEOLOGIA GRANADA IHS



MADRID MDCCLXXXIII.

POR D. JOACHÎN IBARRA, IMPRESOR DE CÁMARA DE S. M.

FACULTAD de TEOLOGIA GRANADA

## *PIUS PAPA VI*

*Ad futuram rei memoriam.*

*Decet Romanum Pontificem, qui illius vices gerit qui charitas est, paterna benevolentia, qua omnes Christifideles, præcipuè verò Summos Principes ac Proceres omnes, prosequi tenetur, justis votis assensum præbere, justisque petitionibus aures accommodare, prout rerum ac temporum circumstantiis maturè pensatis, in Domino salubriter expedire arbitratur.*

*II Nobis siquidem nuper pro parte carissimi in Christo Filii nostri Caroli Regis Hispaniarum Catholici expositum fuit, quod ejus Prædecessores, veluti Administratores trium Militiarum, seu Ordinum, nempe Sancti Jacobi de Spatha, de Calatrava, et de Alcantara, aliquas Præceptorias, seu Commendas, Prioratus, et Beneficia ad Militias, seu Ordines hujusmodi spectantia, nec*



## PIO VI PAPA

Para futura memoria.

Es propio del Pontífice Romano, que hace en la tierra las veces del que es la caridad misma, condescender á los justos deseos, y atender á las justificadas súplicas de qualesquiera con la paternal benevolencia, que debe mostrar á todos los fieles cristianos, especialmente á los Soberanos, y á todos los Magnates, segun hallare que conviene saludablemente en el Señor, despues de exâminadas con madurez las circunstancias de las cosas, y de los tiempos.

2 Se nos ha expuesto poco hace por parte de nuestro muy amado en Cristo hijo Carlos, Rey Católico de España, que sus predecesores acostumbraron antes de ahora, como Administradores que eran de las tres Órdenes Militares de Santiago de la Espada, de Calatrava, y de Alcántara, conferir algunas Preceptorías, ó sea Encomiendas, Prioratos, y Beneficios pertenecientes á las mencionadas Órdenes Militares, y asimismo las pensiones, que se ha-



FACULTAD de TEOLOGIA IHS GRANADA

*non Pensiones super eisdem imponendas, etiam iis, qui aliàs inhabiles, ac incapaces essent per legitimam collationem ea consequi et retinere, impetrata prius Apostolica dispensatione seu habilitatione, jamdiu conferre consueverunt: ast claræ memoriæ Philippus IV dum vixit Rex Catholicus, inter cætera reputans æquum ac justum minimè esse incapaces seu inhabiles, non solutis ærarii respectivè dictarum Militiarum, seu Ordinum juribus de media annata nuncupatis, ideoque sine onere, quo Milites earumdem Militiarum, qui per legitimam collationem easdem Præceptorias, seu Commendas, Prioratus, et Beneficia, ac Pensiones obtinuissent, eorum redditibus, fructibus, et proventibus uti, frui, et gaudere liberè ac licitè posse; hinc per suum Decretum diei XVI Februarij MDCXXXVII constituit, ut eo prorsus modo, quo jus mediæ annatæ nuncupatum ærariis dictarum re-*

bian de imponer sobre estos, y aquellas, impetrada antes dispensa, ó habilitacion Apostólica para ello, tambien á personas que por otra parte fuesen inhábiles, ó incapaces de obtenerlas, y retenerlas por colacion legítima; pero que Felipe IV de esclarecida memoria, Rey Católico que tambien fué mientras vivió de España, juzgando, entre otras cosas, que de ningun modo era justo, ni razonable que las enunciadas personas incapaces, ó inhábiles pudiesen libre, y lícitamente usar, gozar, y aprovecharse de los frutos, rentas, y productos de las sobredichas Preceptorías, ó Encomiendas, Prioratos, Beneficios, y Pensiones, sin pagar á los tesoros respectivos de las enunciadas Órdenes Militares los derechos de Medias Anatas, viniendo de este modo á tenerlas sin la carga con que las obtenian los Caballeros de dichas Órdenes Militares, que entraban en el goce de ellas por colacion legítima, mandó por su Decreto de 16 de Febrero de 1637, que siempre que aconteciese el caso de que las men-

FACULTAD de TEOLOGIA GRANADA IHS

*respectivè Militiarum, hoc est, in Militia, seu Ordine Sancti Jacobi de Spatha medietatem fructuum duorum annorum, qui primi erant, in Militia, seu Ordine de Calatrava tertiam partem fructuum primi anni, in Militia vero, seu Ordine de Alcantara tertiam pariter partem primi, nec non medietatem fructuum secundi anni, Milites in suis respectivè Militiis, seu Ordinibus Præceptorias, seu Commendas, Prioratus, ac Beneficia, seu Pensiones obtinentes persolvebant; ita pariter eveniente casu, quo eædem Præceptoriæ, seu Commendæ, Prioratus, Beneficia, Pensiones, seu pars illorum fructuum iis conferrentur, qui cæteroqui, aut quod ad aliam Militiam adscripti essent, aut quod alterius essent sexus, aut demum quod aliud eis obstaret canonicum impedimentum, incapaces essent ea, ex titulo legitimæ collationis obtinendi, vel etiam in casu quo fructus, et redditus prædicti ad dissolvendum æs alienum defunctorum,*

mencionadas Preceptorías, ó Encomiendas, Prioratos, Beneficios, ó Pensiones, ó parte de sus frutos se confiriesen á personas que, ó ya porque eran de otra Órden Militar, ó de diferente sexô, ó finalmente porque les obstaba otro impedimento canónico, no pudiesen obtenerlas á título de colacion legítima, ó tambien en caso de que los sobredichos frutos, rentas, y productos se concediesen para invertirse en pagar deudas de algunos difuntos, constituir dotes, ó en otros destinos semejantes, debiesen en todos estos, y otros iguales casos los respectivos tesoros de cada una de dichas Órdenes Militares exîgir de dichas personas el mencionado derecho de la Media Anata, del mismo modo absolutamente que lo pagaban en sus respectivas Órdenes Militares los Caballeros que obtenian las enunciadas Preceptorías, ó Encomiendas, Prioratos, Beneficios, ó Pensiones, segun el método siguiente, es á saber: En la de Santiago de la Espada la mitad de los



FACULTAD de TEOLOGIA IHS GRANADA

*rum, ad constituendas dotes, aut in alias causas hujusmodi erogandi, concederentur, in hisce omnibus casibus, aut in aliis hujusmodi, ab ærariis cujuslibet respectivè ex dictis Ordinibus, seu Militiis, juxta methodum superius designatam, memoratum jus mediæ annatæ esset exigendum, et solutio mediæ annatæ hujusmodi, in omnibus prædictis casibus, ad rationem dumtaxat primi decennii, quo obtinentes hanc concessionem eâ fruerentur, caderet; ita ut primo elapso decennio, aut secundo, aliove ulteriori iterum, iterumque media annata prædicta esset solvenda; et usque ab illis temporibus quoties contigit aliquam ex dispensationibus hujusmodi impetrari, in Literis Apostolicis hujusmodi desuper expeditis, plerumque de decenniorum prædictorum onere mentio facta fuit.*

*III Verùm quia non semel hujusmodi mentio in dictis Apostolicis Literis prorsus desiderabatur, licet tunc hujusmodi gratias obtinentes, ad hoc ut exigi posset dictum jus me-*



frutos de los dos primeros años; en la de Calatrava la tercera parte de los frutos del primer año; y en la de Alcántara la tercera parte de los frutos del primer año, y la mitad de los del segundo, y que en todos los sobredichos casos la paga de la expresada Media Anata solo se entendiese hecha por razon del primer decenio respectivamente en que los que obtuviesen esta concesion gozasen de ella, de suerte que espirado el primer decenio, y el segundo, y qualquiera otro succesivamente, se hubiese de pagar otra, y mas veces la sobredicha Media Anata; y desde aquellos tiempos siempre que acaeció que se impetrase alguna de las enunciadas dispensas, las mas de las veces se hizo mencion, en las Letras Apostólicas expedidas sobre ello, de la carga de pagar los dichos decenios.

3 Pero por quanto algunas veces se omitia hacer la enunciada mencion en dichas Letras Apostólicas, bien que los que entonces obtenian semejantes gracias hubiesen dado su consenti-

mien-

*mediæ annatæ, de illo solvendo, prævia illorum obligatione consensissent, nihilominus in claræ memoriæ Philippum V, dum vixit Hispaniarum Regem Catholicum, incessit dubium, ne aliquando sub eo prætextu, quod ad juris hujusmodi solutionem, etiam judicialiter cogi possent hujusmodi indultarij, præfatum jus exactum sit; ac insuper dubitavit quin aliqui errores in eorumdem decenniorum exactione, ac distributione hujus oneris inter eos, qui super ejusdem Præceptoriæ, seu Commendæ, vel Beneficij fructibus pensiones respective obtinebant, cum præjudicio interesse habentium, irrepserint, felicis recordationis Benedictus Papa XIV Prædecessor noster, precibus ejusdem Philippi Regis Catholici annuens, ad omnia præcindenda dubia tum quoad ea quæ in antecessum exacta sunt, tum ad in posterum exigenda, illi amplam, ac plenam gerendi, et exequendi,* di-

miento para que se les exîgiese el referido derecho de la Media Anata, habiéndose obligado antes á pagarlo, sin embargo Felipe V de esclarecida memoria Rey Católico que fué mientras vivió de España, dudó si se les habría exîgido algunas veces el mencionado derecho á los dichos indultarios, en el concepto de que estos podían ser obligados, y aun apremiados con execucion para la paga del sobredicho derecho; y asimismo dudó si habrían intervenido algunas equivocaciones en la cobranza de los dichos Decenios, y en hacer la distribucion de esta carga entre los que obtenían respectivamente pensiones sobre los frutos de alguna Preceptoría, ó Encomienda, ó Beneficio con perjuicio de los interesados; por lo qual condescendiendo el Papa Benedicto XIV de feliz memoria, predecesor nuestro, á las súplicas del enunciado Felipe, Rey Católico, á fin de cortar todas las dudas que pudiesen ocurrir, así por lo respectivo á lo que se habia cobrado antecedentemente, como á lo que se cobrase en adelante, le dió y concedió ple-



FACULTAD de TEOLOGIA GRANADA IHS

*dispensandi, et declarandi facultatem tribuit, ac impertitus est, prout in Literis desuper die XII Junii MDCCXLI expeditis uberius continetur.*

*IV Cum autem, sicut eadem expositio subjungebat, interim extremum clauserit diem prædictus Philippus Rex Catholicus, quin unquam facultatibus sibi, ut præfertur, impertitis usus sit; hinc memorati Caroli Regis Catholici nomine Nobis humiliter supplicatum fuit ut in præmissis opportune providere, et ut infra indulgere de benignitate Apostolica dignaremur: Nos igitur, qui eumdem Carolum Regem Catholicum, ob suam Religionem in Nos, et in hanc Sanctam Sedem fidem, aliaque virtutum merita quæ in eo, dante Domino, refulgent, beneficiis, et gratiis afficere gestimus, ut magis magisque exemplaris sua pietas foveatur, et Christifidelium quoque illi in temporalibus subditorum utilitas procuretur, ejus*

plena, y amplia facultad de hacer y practicar, dispensar y declarar lo que le pareciese sobre esto, como mas plenamente se contiene en sus Letras del dia 12 de Junio de 1741 expedidas sobre ello.

4 Pero mediante que, segun tambien se expresaba en dicha súplica, el mencionado Felipe Rey Católico falleció despues, sin haber usado nunca de las facultades que le habian sido concedidas, como va expresado, por tanto nos fué suplicado humildemente en nombre del enunciado Cárlos Rey Católico, que con la benignidad Apostólica proveyésemos lo conducente en lo que va dicho, y concediésemos lo que aquí adelante se dirá: y Nos, que deseamos hacer favores, y gracias al enunciado Cárlos Rey Católico por su afecto á Nos, y fidelidad á esta Santa Sede, y por los demas méritos de virtudes, que por especial don del Altísimo brillan en él, para que se aumente con esto mas, y mas su exemplar piedad, y á fin de mirar tambien por la utilidad temporal de los fieles cristianos

FACULTAD de TEOLOGIA GRANADA

*ejus votis annuere volentes, hujusmodi supplicationibus inclinati, in primis ea omnia, quæ de et super impositionibus, ac exactionibus dictorum decenniorum super fructibus, redditibus, ac proventibus Præceptoriarum, seu Commendarum, Prioratuum, aliorumque Beneficiorum, ac Pensionum trium Militiarum, seu Ordinum prædictorum, ac circa eas usque in præsens dicta, facta, et gesta sunt, quoniam utilitati cesserunt earumdem Militiarum, seu Ordinum, auctoritate Apostolica harum serie rata facimus, et confirmamus, omnesque et singulos juris, et facti defectus, siqui hisce desuper quomodolibet intervenerint, eàdem auctoritate et tenore sanamus.*

*V Insuper, cum omnia, quæ sub titulo decenniorum hujusmodi, aut mediæ annatæ, percipi, seu exigi solent, in utilitatem earumdem Militiarum, seu Ordinum erogentur; hinc quoties à me-*

nos súbditos suyos, queriendo condescender á sus deseos, y á las enunciadas súplicas, en primer lugar con la autoridad Apostólica damos por bien hechas, y confirmamos todas las cosas que en razon, y con motivo de las imposiciones, y exâcciones de los dichos Decenios sobre los frutos, rentas, y productos de las Preceptorías, ó Encomiendas, Prioratos, y demas Beneficios, y Pensiones de las sobredichas tres Órdenes Militares, y acerca de ellas se hayan dicho, hecho, y practicado hasta ahora, por quanto cedieron en utilidad de las enunciadas Órdenes Militares; y con la misma autoridad, por el tenor de estas, sanamos todos, y qualesquiera defectos, así de hecho, como de derecho, si acaso han intervenido de qualquier modo algunos sobre lo referido.

5 Ademas de esto, respecto de que todo lo que es costumbre que se perciba, ó exîja baxo el título de los mencionados Decenios, ó sea Media Anata, se invierte en utilidad de las enunciadas Órdenes Militares; por tanto siem-

FACULTAD de TEOLOGIA GRANADA IHS

*memorato Carolo Rege Catholico, suisque pro tempore existentibus successoribus, Præceptoriæ, seu Commendæ, Prioratus, aliave Beneficia ad dictas Militias, seu Ordines spectantia iis in administrationem cum perceptione fructuum conferantur, qui aliàs Præceptorias, seu Commendas, Prioratus, ac Beneficia hujusmodi consequi, et obtinere incapaces essent, aut quoties earumdem Præceptoriarum, seu Commendarum, Prioratuum, aliorumve Beneficiorum fructus ad dessolvenda defunctorum debita per superstites annos applicentur, aut in alias causas erogentur, quæ non sint eas concedere ex titulo collationis Militibus capacibus easdem Præceptorias, seu Commendas, Prioratus, aliave Beneficia obtinendi, aut quoties itidem super illarum fructibus annuæ Pensiones incapacibus donentur; vel eædem Pensiones in alias causas ut præfertur assignentur, in hi-*

siempre que el enunciado Cárlos Rey Católico, y sus succesores, que en qualquier tiempo lo fuesen, confiriesen en administracion con percepcion de frutos las Preceptorías, ó Encomiendas, Prioratos, y demas Beneficios pertenecientes á las dichas Órdenes Militares á personas, que por qualquiera causa fuesen incapaces de conseguir, y obtener las dichas Preceptorías, ó Encomiendas, Prioratos, y demas Beneficios, ó que sus frutos se aplicasen con años de supervivencia para pagar deudas de algunos difuntos, ó se invirtiesen en otros fines, que no fuese el de concederlas á título de colacion á Caballeros capaces de obtener las dichas Preceptorías, ó Encomiendas, Prioratos, y demas Beneficios, ó siempre que sobre sus frutos se diesen pensiones anuales á personas incapaces, ó que las dichas pensiones se asignasen para otros destinos, como va expresado, en todos estos casos, y en otros semejantes se puedan libre, y lícitamente exîgir, percibir, y cobrar los sobredichos Decenios, ó Me-

FACULTAD DE TEOLOGIA IHS GRANADA

*hisce omnibus circumstantiis, ac aliis hujusmodi decennia prædicta, seu mediæ annatæ, juxta statuta et consuetudines dictarum respective Militiarum, seu Ordinum, imponenda, seu imponendæ percipi, exigi, ac levari liberè, ac licitè possint et valeant; ita ut Præceptorias, seu Commendas, Prioratus, aliave Beneficia, seu Pensiones hujusmodi obtinentes, etiamsi in Literis Apostolicis, pro illorum habilitatione, seu dispensatione obtinenda, pro tempore expediendis, oneris hujusmodi mentio nulla fiat, cæteroquin non necessaria, ad eorumdem tamen decenniorum, seu mediæ annatæ solutionem teneantur, eidem enim Carolo Regi Catholico, ejusque pro tempore existentibus successoribus plenam, liberam, et amplam facultatem et auctoritatem circa methodum oneris dictorum decenniorum, et divisionem eorum solutionis inter obtinentes Præceptorias, seu Commendas, Prioratus, aliave*

*Be-*

Medias Anatas que se impusiesen á tenor de los Estatutos, y costumbres de las enunciadas Órdenes Militares respectivamente; de modo, que los que obtuviesen las sobredichas Preceptorías, ó Encomiendas, Prioratos, y demas Beneficios, ó Pensiones esten obligados á la paga de los mencionados Decenios, ó Media Anata, sin embargo de que no se hiciese en las Letras Apostólicas, que en qualquier tiempo se expidiesen para la habilitacion, ó dispensa de las sobredichas cosas, ninguna mencion de este gravámen, la qual fuera de eso no es necesaria; pues Nos con la dicha autoridad por el tenor de estas damos, y concedemos al enunciado Cárlos Rey Católico, y á sus succesores, que en qualquier tiempo lo fuesen plena, libre, y amplia facultad, y autoridad, para que acerca del método de imponerse la carga de los dichos Decenios, y de hacer el repartimiento de la paga de ellos entre los que obtuviesen las Preceptorías, ó Encomiendas, Prio-

ra-

FACULTAD de TEOLOGIA IHS GRANADA

*Beneficia ad tres Militias, seu Ordines prædictos spectantia, vel etiam Pensiones super illorum fructibus possidentes, qui tamen aliàs essent incapaces illa potiri ac obtinere, ea omnia gerendi et exequendi, ac dispensandi et declarandi, quæ pro eorumdem decenniorum exactione, seu perceptione utiliora erunt, auctoritate et tenore præfatis tribuimus, et impertimur.*

*VI Decernentes easdem præsentes Literas semper firmas, validas, et efficaces existere, et fore, suosque plenarios, et integros effectus sortiri & obtinere; ac illis ad quos spectat, et pro tempore quandocumque spectabit, in omnibus, et per omnia plenissimè suffragari, et ab eis respective inviolabiliter observari: sicque in præmissis per quoscumque Judices Ordinarios, et Delegatos, etiam causarum Palatij Apostolici Auditores, ac Sanctæ Romanæ Ecclesiæ Cardinales, etiam de Latere Legatos, et Sedis Apo-*

ratos, y demas Beneficios pertenecientes á las enunciadas tres Órdenes Militares, ó tambien entre los que poseyesen Pensiones sobre sus frutos, con tal que por lo demas fuesen incapaces de gozarlas, ú obtenerlas, pueda hacer practicar, dispensar, y declarar todo quanto fuese mas útil para la cobranza, y percepcion de los expresados Decenios.

6 Determinando, que estas presentes Letras sean, y hayan de ser siempre firmes, válidas y eficaces, y surtir y producir su pleno, é íntegro efecto, y que sufraguen en todo y por todo plenísimamente á aquellos á quienes corresponde y correspondiere en qualquier tiempo en lo succesivo, y que se hayan de observar inviolablemente por cada uno de ellos respectivamente: y que así se deba juzgar y sentenciar en lo que va expresado por qualesquiera Jueces Ordinarios y Delegados, aunque sean Auditores de las causas del Palacio Apostólico, y Cardenales de la Santa Iglesia Romana, y aunque

FACULTAD de TEOLOGIA GRANADA IHS

*Apostolicæ Nuncios, sublata eis, et eorum cuilibet quavis aliter judicandi, et interpretandi facultate et auctoritate, judicari et definiri debere, ac irritum et inane, si secus super his a quoquam, quavis auctoritate, scienter vel ignoranter, contigerit attentari.*

*VII Non obstantibus Constitutionibus, et Ordinationibus Apostolicis, nec non Militiarum, seu Ordinum Sancti Jacobi de Spatha, de Alcantara, et de Calatrava hujusmodi, etiam juramento, confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboratis statutis, et consuetudinibus, stabilimentis, usibus, et naturis; Privilegiis quoque, Indultis, et Literis Apostolicis, in contrarium præmissorum, quomodolibet concessis, confirmatis, et innovatis; quibus omnibus et singulis, illorum tenores præsentibus pro plene et sufficienter expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes, illis aliàs in suo*

*ro-*

que sean Legados *à latere*, y Nuncios de la Sede Apostólica, quitándoles á los dichos y á cada uno de ellos qualesquiera autoridad y facultad de sentenciar, é interpretar de otro modo; y que sea nulo y de ningun vigor lo que de otra suerte aconteciere hacerse por atentado sobre esto por alguno, con qualquiera autoridad, sabiéndolo, ó ignorándolo.

7 Sin que obsten las constituciones, y disposiciones Apostólicas, ni los Estatutos, costumbres, establecimientos, usos y naturalezas de las enunciadas Órdenes Militares de Santiago de la Espada, de Calatrava, y de Alcántara aunque esten corroborados con juramento, confirmacion Apostólica, ó con otra qualquiera firmeza, ni tampoco los privilegios, indultos y Letras Apostólicas concedidas, confirmadas, é innovadas de qualquier modo en contrario de lo que va dicho; todas y cada una de las quales cosas, teniendo sus tenores, por plena y suficientemente expresados, é insertos palabra por palabra en las presentes por esta sola vez, á fin de que surta

su

FACULTAD de TEOLOGIA GRANADA

*robore permansuris, ad præmissorum, et singulorum quorumcumque effectum, hac vice dumtaxat, specialiter et expresse derogamus, cæterisque contrariis quibuscumque.*

*Datum Romæ, apud Sanctum Petrum, sub Annulo Piscatoris die XI Decembris MDCCLXXXII, Pontificatus nostri anno octavo.*

*Loco ✠ Annuli Piscatoris.*

*Innocentius Card. de Comit.*

su efecto quanto va arriba dispuesto, habiendo de quedar por lo demas en su vigor, derogamos especial y expresamente, y otras qualesquiera que sean en contrario.

Dado en Roma en S. Pedro, sellado con el sello del Pescador el dia 11 de Diciembre de 1782, año octavo de nuestro Pontificado.

En lugar ✠ del Sello del Pescador.

Inocencio Cardenal Conti.

FACULTAD de TEOLOGIA
IHS
GRANADA

*Certifico yo D. Felipe de Samaniego, Caballero del Órden de Santiago, Arcediano de la Valdonsella, Dignidad de la Santa Iglesia Catedral de Pamplona, del Consejo de S. M. su Secretario, y de la Interpretacion de Lenguas, que este traslado de un Breve de Su Santidad es conforme á su original, y que la traduccion en castellano, que le acompaña, está bien y fielmente hecha; lo que he executado de acuerdo del Real Consejo de las Órdenes. Madrid y Julio once de mil setecientos ochenta y tres.*



*D. Felipe de Samaniego*

FACULTAD de TEOLOGIA
IHS
GRANADA

FACULTAD de TEOLOGIA
IHS
GRANADA